

4450 [abc = supra n. 350] tabulae marmoreae cr. ca. 0,027 fragmenta. Litterae a. 0,025-0,048. abc rep. nella cavea del teatro; ce aservantur in repositis musei Ostiensis (frg. c ipsum quoque in duas partes fractum), a b ibidem non vidi. d vidi in repositis musei Ostiensis, ubi coniunxi cum ceteris fragmentis.

(F. a

A Gripp ---

FABI·AGRIPPINI CONSULIS ---

DECVRIONUM DECRETO·COLONORUM

5 CONSENSV·PUBlice·QVOD·Ea --- d

SESTERTIVM CENTENA milia n.

b TESTAMENTO SVO·DEDEKAT ut ex eius

sic SVM·MAE·VSVRIS PVELLAE alimēTARIAE

CENTVM·ALERENTVr ET MAIAS

10 QVOD ANNIS·LVDI·EDERentur in MEMORIAM e

AEMILIAE·AGRIPPINAE· SVAE· et

IBI·IN·ANNO·DECVRIONES·CENARENT

c

Descripsi cde ad lapidem, contuli ad ectypum. abc Lanciani *Not. d. sc.* 1884 p. 202 n. 50. 53, recognovit Dessau qui edid. l. c. *Tractavi Sitz.-Ber. Berl. Ak.* 1928 p. 49 sqq.

5 med. p̄ edid. Dessau, sed apographum eius ms. admittit etiam p̄. — fin. post e perisse a ostendit spatium in parte extrema versus relictum. — 6 frg. d in.: vestigium videtur superesse ex figura, qua numerus centenorum milium circumdari solet; cf. e. g. supra n. 98 (imaginem Diehl *Inscr. Lat. tab.* 15A); infra n. 4535 v. 4 (imaginem *Not. d. sc.* 1917 p. 182); Mommsen *Ges. Schr.* VII p. 770; Dessau *Inscr. Lat. sel.* III p. 798. Sane tum, ut monet Dessau, centen[a milia] ipsum abundat; sed exempla similia saepe inveniuntur (cf. Dessau *Inscr. Lat. sel.* l. c.). Numerus, qui excidit, potest e. g. fuisse x — scr. X̄ —, ut C. X 6328 = Dessau 6278. — 8 fin. lectio plane certa est; quo refellitur coniectura Mommseni (v. supra n. 350). — 9 alerentur: vestigium litterae v notavit Dessau, ipse ex lapide non descripsi, sed cognoscere mihi videor in ectypo. — med. pars superior litterae r videtur exstare, sed incerta est. — fin. significabatur dies ludorum in honorem memoriae Aemiliae Agrippinae institutorum² Dessau l. c. — 9 sqq. cf. titulum Altinatem nuper editum *Not. d. sc.* 1928 p. 283 v. 8 sqq. — 11 ante SVAE excidit vel matris vel aviae vel aliud parentelae vocabulum² idem. — 12 in. littera ea quae maiore ex parte periit videtur fuisse E; ante hanc spatium uni tantum litterae sufficiebat² Dessau l. c. qui supplevit. — fin. ENARE potius quam ENIRE (apographum meum confirmatur ectypo). Vestigium valde exiguum, quod ultimo loco exstat, mihi lapidem examinanti non videbatur esse E, potius fortasse R; neque tamen dubito litteram E supplere quam textus postulat, ectypum non refutat. Cf. e. g. C. XI 4845 = Dessau 6638 ille in publicum dedit HS CCL, ex quorum reditu --- omnibus annis decuriones in publico cenarent.

Nomen eius, cui haec inscriptio dedicata est, maiore ex parte periit; sed cognomen ei fuisse Agrippae vel Agrippinae indicatur et litteris quae ex versu 2 supersunt et ea re, quod inter adfines habuit Aemiliam Agrippinam (v. 11) et Fabium Agrippinam (2); nescio an eadem sit Fabia Agrippina infra n. 5394. Fabium v. 2 puto eundem atque C. Fabium Agrippinum consulem suffectum a. p. Chr. 148 (cf. *Pros. imp. Rom.* II p. 44 n. 12), cuius ad aetatem forma litterarum optime quadrat. Origine Ostiensem eum fuisse, scilicet fortasse filium C. Fabii Agrippae praetoris sacris Volcani faciundis (supra n. 349), suspicatur Dessau.

Quibus perpensis scribendum esse puto sic:

---- f. Agrippinam --- Fabi Agrippini cons[ul]is filiae? decurion[um] dec[re]to, col[on]orum consensu pu[b]lice, quod e[st] a --- sestertium [(decies?)] centen[a milia] n[un]num] testam[en]to suo deder[at], ut ex eius summae usu[r]is p[ue]llae [alimē]ntar[ia]e centum alerentur et --- Maia[s] quod annis ludi eder[entur] in memori[am] Aemiliae Agrippinae [matris?] suae [et] t[er] in ann[o] decurio[nes] cenarent ----

Mulieri dedicatam esse inscriptionem coniecit Dessau l. c., ideo quod honores gesti memorarentur nulli. — Apparet Agrippinam illam (sive quo alio nomine fuit) alimenta instituisse non infantibus utriusque sexus, ut solitum erat, sed solis puellis, scilicet in memoriam matris(?) suae; imitata videtur esse in hac re exemplum illustre quod dederat imperator Antoninus Pius, qui testibus nummis et Historia Augusta (vit. Pii 8, 4; Alex. Sev. 57, 7)

in honorem Faustinae mulieris defunctae puellas alimentarias Faustianas constituit (a. 140/141), cuius exemplum secutus est M. Antoninus filius eius (a. 176; vit. M. Anton. 26, 6; cf. *Pros. imp. Rom.* I p. 77. 78). — Ceterum alimenta testamento instituta etiam alibi invenimus, cf. C. X 6328 = Dessau 6278. VIII 1641 = Dessau 6818 cum notis Dessavii et eiusdem indicem vol. III p. 945 sq.

Nescio an ad eundem titulum pertineat fragmentum infra n. 4746, quo nomina consulum a. p. Chr. 173 continentur; v. quae dixi *Sitz.-Ber.* l. c. p. 50 sq.

4451 tabulae marmoreae marginatae, cr. ca. 0,055 (in margine ca. 0,08) pars superior, ab inferiore, quae adhuc non inventa est, recta linea desecta, nimirum in usum posteriorem; a. 0,54, l. 0,67, litteris bonis (a. 0,055-0,04) inscripta. Rep. piazzale delle corporazioni tra le rovine delle ultime stazioni scoperte. Est in repositis musei Ostiensis.

M·FLAVIO·M·F·
MARCIANO
ILISO

PROC·MONETAE·
5 AVGVSTOR·PROC·
AQVAVM·VRBIS·
~~PROC·ANNONAE~~

Descripsi ad lapidem, contuli ad ectypum. Calza *Not. d. sc.* 1916 p. 140; inde Cantarelli *Bull. com.* 1916 p. 254.

Ad saeculi p. Chr. secundi partem posteriorem ducere videtur v. 5 et forma litterarum. — 3 nota *Ilis(s)us* nomen servile homini equestris ordinis additum cognominis alterius vel agnominis loco (Dessau). Idem nomen fortasse C. IX 484. 4909. — 7 *proc(uratori) annonae* | [*Ostis*], v. supra p. 7b.

4452 basis marmorea, a. 1,63; spatium frontis scripturae destinatum a. 0,82, l. 0,47; litterae in fronte a. 0,095-0,03, in latere ca. 0,02. Rep. immediatamente sotto il piano del piazzale delle corporazioni; nunc collocata est ibidem a dextra templi (intuenti a theatro).

in fronte:

P·FLAVIO P·FILIO PAL
PRISCO E V
EQVESTRIS·ORDINIS
RELIGIOSA·DISCIPLINA
5 AD CENTENA·PROVETTO
PONTIFICI·ET·DICTATORI
ALBANO·PRIMO·ANNOS
VIGINTI·OCTO·AGENTI
QQ·C·P·PATR·COLON·OST
10 SACERD·GENI·COLON
PATR·CORP·PISTORVM·
CORP·MESORVM
FRVM·OST·PATRON

in latere dextro:

DEDICATA KALE
NDIS·MARTIS·
AEMILIANO·ITE
RVM·ET·AQVILIN
5 O·COS·
a. p. Chr. 249

Descripsi. Vaglieri *Not. d. sc.* 1912 p. 347, inde Dessau *Inscr. Lat. sel.* 9507.

5 centena sc. milia nummum annua. De centenariis sc. iis qui imperatori servientes mercedem annuam centenorum milium nummum accipiebant cf. Hirschfeld *D. kais. Verwaltungsb.* 2 p. 439 sq. Quo munere Flavius Priscus ad centena provectus sit, haud indicatur; fortasse fuit *procurator portus utriusque* (cf. Hirschfeld l. c. et p. 250). — De pontifice et dictatore Albano cf. C. VI 2464. 2468 (= Dessau 4955. 4956). Wissowa *Religion u. Kultus d. Römer* 2 p. 520. Mommsen *St.-R.* II 3 p. 171. Liebenam *RE* V p. 389 sq.; novissime egit de dictatore Albano Beloch *Röm. Gesch.* (1926) p. 231. Quod Flavius Priscus pontifex et dictator Albanus primus nominatur, Dessau l. c. monet de sacerdotibus Volcani Ostiae similiter numeratis (cf. supra p. 573; infra ind. VIII D); v. etiam Carcopino *Virgile et les origines d'Ostie* p. 44 sq. — 9 *q(uin)q(uennali) c(ensoria) p(otestate)*. — 10 *Genio coloniae Ostiensis* vel *Ostiensium* dedicati sunt tituli supra n. 8 (= Dessau 6454). 9; sacerdotem *Geni col(oniae)* habemus etiam supra n. 373 (= Dessau 6444), cf. infra n. 4674. — 11 sqq. testimonia corporis pistorum Ostiensis et corporis mensorum frumentariorum habes supra p. 574 sq., infra ind. XII.

[Cf. nunc etiam titulos nuperrime repertos infra n. 5335. 5340].